

- plures de mote laudat. Nec dissentit
 70 Fatin. *quæst.* 7. n. 56. qui solet in contrarium adduci: nam n. 58. v. & nihilominus, in fin. sic iustit, ibi: *hac moderna practica est multum conformis iuri communi secundum quod per solam receptionem testium pro informatione curia examinatorum dicitur inducta præventio secundum Decian. ubi supra cap. 21. n. 2. post Mar. in loco per eum relato. Ideo non videtur iuri consonum, ut huic iudici, qui sic in examinando, & sumendo informationem de delicto prævenit, postea fieri præjudicium. Nec*
- 71 que his obstat doctrina Azevedo, in l. 10. tit. 13. lib. 8. *recop.* n. 61. qui contrarium videtur asserere: nam Text. in d. l. 10. in princip. pro nobis loquitur, ibi que cada y quando los Alcaldes, tuczes ordinarios previnieren, y començaren a conocer. Cognitio enim & exercitium jurisdictionis incipit ab informatione sumaria, cum sine jurisdictione sumi non possit, & quanquam in fine Text. concedat prælationem iudici capienti, quando Judex qui causam remitti petit Reum non habet in manus, nullo modo potest præferri, quæ sunt termini nostræ quæstionis, cum iste reus non fuisset captus per Ministros Patrimonii, & sic minime poterant allegare *decis. d. l. 10.* quæ loquitur de præventionem reali, imo realis præventio facta fuerat per Aulam, ut patet ex seqq.
- 72 Primum, quia plures ex complicibus capti fuerunt iuxta Aulæ per suos ministros antequam in Senatu Patrimonii contra hunc reum procederetur, & ex captura unius ex pluribus delinquentibus causa præventa realiter dicitur quoad omnes, Mar. Socin. in d. cap. *propulsus, de for. comp.* n. 37. Scacc. de *jud. d. cap. 12. n. 78. in fin.* Guazz. d. *defens.* 1. cap. 8. n. 6. pluribus Giurba *conf.* 59. num. 125. & clarius *conf.* 70. n. 14. Azevedo in d. l. 10. n. 65. & 84. & quanquam Farin. aliter opinetur, d. *quæst.* 7. num. 72. concludenter ei respondit Scacc. qui eum improbat d. n. 78. quem sequuntur Giurba & Guazzinus ubi proximè.
- 73 Secundò, in Aula fuit facta plenior comprobatio, nempe inquirendo, & comprobando concludenter octo falsitates cum quatuor effectivis interceptioibus, nempe in urbibus Toleti, Cuencæ, Sigüencæ, Segoviz, Huere, Almagro, Talavera, & Molina: in Senatu Patrimonii solum de tribus falsi-

tatibus cum unica interceptione, ut dictum fuit; pluralitas enim est qualitas aggravans crimina, d. l. *aut facta, ff. de panis cum aliis adductis, controversi.* 5. n. 18. & 19. & qualitas aggravans comprobata tribuit præventionem iudici comprobanti, l. 2. §. *fin. cum l. seqq. ff. ad leg. Jul. de adulter.* Bossius *tract. crim. tit. de form. com. n. 102.* Farin. d. *quæst.* 7. n. 65. Guazzin. d. c. 8. numero 23. Scaccia d. c. 12. n. 77. Jul. Clar. d. *quæst.* 38. num. 28. Giurba. d. *conf.* 48. num. 47. qui plures laudat.

Tertiò, quia etiam si hæc cessarent, 74 reus per Aulam detinebatur in propriis carceribus, traditus per Judicem ordinarium capientem, quod est idem ac si per Aulam captus fuisset ut in simili probat egregiè Petr. Caball. *cas.* 117. num. 15. cum *seqq.* loquens quoad effectum præventionis realis, quæ tribuitur iudici reum in manibus habenti, Fatin. d. *quæst.* 7. n. 53. Scaccia d. c. 12. num. 61. 75 Guazz. d. 8. n. 13. Azevedo in d. l. 10. num. 62. Nec per Senatum Patrimonii dici poterat captum fuisse sua iussione mediante, quod est idem ac si, ab ipso caperetur; nam nec captura judicialis decreta fuit, nec literæ judicialiter expeditæ, sed solum scriptæ epistolæ quæ non commissionem ad capiendum nomine suæ jurisdictionis continebant, sed quandam incitativam propriæ jurisdictionis, l. *supè* 8. cum *seqq. ff. de offic. Præsidis.* Bobadilla, d. cap. 11. n. 24. cum *seqq.* & sic semper remanet indubitatum præventum reum fuisse per jurisdictionem ordinariam, realiter, quod præferretur cunctis, ut dictum est.

Quartò, quia reus in causa Aulæ non solum erat convictus de his criminibus & aliis, sed confessus, & confessio dat præventionem, Bald. in l. *si domus, §. in pecunia, ff. de legat. 1.* ubi Alexand. & Jas. n. 6. Mascard. de *probat. conclus.* 1232. n. 9. Guazzin. d. *defens.* 1. c. 9. n. 25. Azevedo in d. l. 10. num. 62. & 65. Ex quibus omnibus licet concedamus potestatem in Senatu Patrimonii, cum jurisdictione criminalis, qualis ea sit, concessa fuerit cumulativè, ut constat ex prædictis, præventionem locum esse negari nequit, ac per consequens ad Aulam pertinuisse prædictorum criminum punitionem tenendum est.

Neque obstant in contrarium expensa, non inquam, Prima; nam superius ostensum est ex num. 18. Jurisdictionem Auditor

Auditoribus privativè concessam verifati tantummodo in causis fiscalibus & si criminalis cognitio concessa est, non in gravioribus criminibus, sed in levibus, & non ordinaria sed delegata, cuius contrarium non fuit ausus asserere sapientissimus ille vir Don Joannes de Larrea, *locis superius expensis.*

Ad secundum pariter responsum est ex d. num. 49. quod poenæ delictorum de quibus Auditores cognoscere possunt, spectant ad mistum imperium, non autem ad potestatem gladii sive meri imperii, & adhuc in his cumulativè, non privativè concessio facta fuit, & præventio erat facta per Aulam. Quibus additur quod etiam si privativè facta fuisset, ex negligentia iudicis eam obtinentis ordinarius potest prævenire, c. *cum plures de offic. delegat. in 6.* Felin. in cap. *pastoralis volum. 7. vers. tempera istis, Azevedo in l. 10. num. 11. tit. 13. lib. 8.* Farin. *quæst.* 7. num. 21. Guazzin. d. *defens.* 1. cap. 17. num. 21. Bajard. ad 79 Clar. *quæst.* 3. num. 27. Monter. *decis.* 23. num. 10. Montan. de *regal. d. tit. potest. conf. Magistr. num. 38.* Giurba *conf.* 48. num. 48. & negligentia satis comprobatur ex actis, ut dixi *controversi.* 5. n. 29. cum expedita fuisset provisio, die 5. Augusti 1665. quæ de his falsitatibus tractabat, in qua tanquam legitimæ reputatæ fuerunt delegationes summarum excessivarum.

80 Ad tertium respondendum est quod de iure in causis capitalibus Procurator Cæsaris cognoscere non poterat, etiam si officialis proprius in officio deliquisset juxta decisionem Text. in d. *in nullam, c. ubi causæ fiscales,* nec aliud cautum reperitur per l. *fin. c. eod.* quæ non loquitur de officiali, sed de colono, inquitur

81 lino, & servo, neque jurisdictionem tribuit Procuratori Cæsaris, sed Præposito sacri cubiculi, cui lex illa inscribitur, vel Comiti domorum ibi, *quam tui culminis ac viri spectabilis Comitris domorum,* quod est valde diversum: Neque iste Reus delictum paravit in officio quod nunquam habuit, sed supposuit falsè, quod privilegium fore tribuere esset absurdum, ut dixit, neque consuetudo regni Valentiz de qua Dom. Crespi d. *obf.* 62. num. 8. extendi potest ad hæc Regna, quia extensionem non recipit, l. *fin. ff. de iurisdic. omni. iudic. l. 1. §. Julianus,* ibi: *quoad usque ingressus est, ff. de itiner. actuque pri-*

82 *vat.* ubi Bartol. & communiter Doctores D. D. Laur. Matthan, de *Re Crim. Pars I.*

res, cap. *fin. de consuetud. in 6. l. 24. tit. 11. part. 4.* & ibi Gregor. Lopez, *gloss.* 2. l. 3. tit. 1. lib. 2. *recopil.* & ibi latè Azevedo, num. 4. & in l. 1. tit. 9. lib. 5. ex numero 2. pluribus Solorçan. de *jur. Indiar. tom. 2. tit. 1. cap. 22. num. 21. cum seqq.* Valenz. *conf.* 8. num. 25. & 28. & *conf.* 33. n. 229. Giurba *conf.* 87. num. 2. Neque dispositio sine observantia de qua D. Crespi ex consuetudine procedit, sed ex jure expresso, in *privil. 7. Reg. Ferdin. 11.* cuius verba refert, de quo dixi l. de *regim. c. 2. §. n. 15.*

Verum cum habeant sua sidera cau- 84 sè, Patrimonii Senatus obtinuit decretum à iudicibus competentibus, quo remitti ad eum decreverant Reum, quo ad causas falsitatum paratarum in civitatibus Segoviz, Segunti, & villa de Molina simul cum actis. Quæ potius ex privilegiis recentioribus à Principe concessis, & nondum inter jura nostra promulgata, quam jure ordinario, pronuntiarum crediderim. Quo res dubior facta fuit: Nam Aula obtinuit decretum Consilii in Aula regimini, quæ omnium prima est, certius factum de competentia prælibata. Comprobatio 85 delictorum sic complicata, ut acta delictorum contentorum in causis remissis separari nequirent ab aliis non remissis: Quibus & aliis delatis ad Principem per Aulam media consultatione die 29. Julii ejusdem anni 1666. mihi iustum fuit per excellentissimum Præsidentem quod in causa, procederem ulterius, & sic legitimè ea conclusa absque impedimento vel reclamazione illius Senatus sententia pronunciata fuit, ut dixi *controversi.* 5. num. *fin.* prædictis Auditoribus nihil in ea agendo, quod fuit idem ac causam pro derelicto relinquere.

CONTROVERSIA VII.

De Articulo immunitatis Ecclesie intentato per famosum delinquentem post condemnationem ad poenam capitalem.

SUMMARIUM.

- 1 Facti narratio.
- 2 Immunitas concessa est loco sacro.
- 3 Immunitas Ecclesie supponit Ecclesiam esse locum & quo reus dicitur substractus.

- 4 Immune locum non esse materialiter accipiendum, sed formaliter, nempe sacrum in Dei honorem per consecrationem, celebrationem, aut destinationem Pralati.
- 5 Qualitas circumferens Jurisdictionem probari debet tantum semiplene.
- 6 Probationem plenam requiri verius est.
- 7 Testes de auditu non probant in his que per sensum visus percipiuntur.
- 8 Ecclesia diruta absque reedificationis spe non est locus sacer, neque gaudet immunitate.
- 9 Reus captus in loco profano si ligatus ducatur per Ecclesiam, non gaudet immunitate.
- 10 Contraria opinionis Authores fatentur primam veriorum esse in puncto juris.
- 11 Delinquens in Ecclesia non gaudet privilegio immunitatis illius, neque alterius Ecclesie.
- 12 Extende ad omnia delicta per ipsum reum patrata, dummodo punitus non sit ratione delicti commissi in Ecclesia.
- 13 Furtum committens in Ecclesia non gaudet immunitate ex decis. sac. Congregat, relata per Barbofam.
- 14 Gregoriana Constitutio non habet locum in regnis Hispania quia ab ea supplicatum fuit, & non est usu recepta.
- 15 Acceptatio populi requiritur ad validitatem legis Pontificie in his que ad fidem non pertinent.
- 16 Latrones publici de jure non gaudet immunitate Ecclesie.
- 17 Fures de consuetudine non gaudent si plura furta commiserint.
- 18 Latro famosus erat Reus de quo agitur in presenti.
- 19 Latro publicus quis dicatur.
- 20 Latro publicus dicuntur in Evangelio, numularii & mercatores qui in templo mercem vendebant.
- 21 Latro publicus interpretative excluditur ab immunitatis privilegio.
- 22 Latro publicus dicitur qui furtum confessus in iudicio, postea in furto apprehenditur.
- 23 Latro publicus dicitur per summum Pontificem decoctor fraudulenti.
- 24 Pontifex potest constituere quod unum delictum reputetur pro alio: & declarare quod duo delicta unum & idem sunt.
- 25 Decoctor fraudulenti cum pluralitate non gaudet tanquam publicus latro.
- 26 Criminis lese majestatis reus non gaudet immunitate de jure.
- 27 Immunitas Ecclesie amittitur ratione criminis pro quo Clericus est degradandus.
- 28 Clericus degradandus est pro crimine lese majestatis.
- 29 Ecclesia & Ecclesiasticorum persone pari immunitate fruuntur.
- 30 Enormitas ratione substantia, vel pluralitatis inducitur.
- 31 Judices procedere possunt in reum quem habent in manus, etiam si extractus fuerit à loco immuni, cum non extrahatur per ipsos, neque de eorum mandato.
- 32 Aequalitas in iudiciis servanda est.
- 33 Opinio probabilis excusat à qualibet pena in judicialibus.
- 34 Morosa propositio articuli, non debet reo suffragari.
- 35 Condemnato Reo ad mortem, & causa relata ad Principem jam Judices functi sunt officio suo, neque possunt executionem suspendere.
- 36 Ex superveniente privilegio immunitatis, quia reus dum ducitur ad patibulum confugit ad Ecclesiam, vel ad Sacerdotem portantem Eucharistiam, suspenditur executio.
- 37 Censura ferri nequeunt quin precedant monitiones.
- 38 Excommunicatio est fori contentiosa, & sine causa cognitione non profertur.
- 39 Monitiones, & tempus sufficiens ad deliberandum in citatione, concedenda est Judici laico, etiam si ad sit periculum in mora.
- 40 Excommunicationis sententia lata sine causa cognitione, & judicialibus solemnitatibus est nulla, & sic non timentur.
- 41 Ad impossibile nemo tenetur.
- 42 Prefecti Domus & Curie Regis postquam reus est condemnatus ad mortem & positus in Capella, non habent auctoritatem suspendendi neque minuendi penam.
- 43 Praxis Aula criminalis in executione pena capitalis hoc demonstrans traditur.
- 44 Executio inchoatur per additionem Rei ad capellam, & post eam nullo precedente decreto ducitur ad patibulum, nisi Princeps aliud mandaverit.
- 45 Judex post sententiam, neque angere, neque minuire penam, nec suspendere

- dere executionem valet praterquam in crimine heresis.
- 46 Censura supponunt culpam propriam mortalem.
- 47 Panarum in Ecclesia major est excommunicatio.
- 48 Culpam non sufficit ad excommunicationem, nisi habeat comitem contumaciam.
- 49 Probatio extractionis à loco immuni, ut possit excommunicatio ferri in Judices non restituens, debet concludenter probari.
- 50 Quando agitur de re gravissima non qualibet probatio sufficit.
- 51 Probatio incerta non relevat.
- 52 Probatio debet de necessitate concludere in omni causa etiam favorabili.
- 53 Probatio qualibet, etiam si videatur concludens, per negationem partis efficitur dubia.
- 54 Judex cui nihil constat, nihil decernere potest.
- 55 Judex aliquem condemnans sine probationibus, in dolo versatur.
- 56 Pontifex non jubet, nec subere potest quod aliquis condemnetur absque debita probatione.
- 57 Testes quales requirantur ad comprobandum culpam ex qua possit imponi pena excommunicationis.
- 58 Censurarum veneratio imminuitur si non ferantur debita cum maturitate.
- 59 Judices imprudenter censuras ferendo puniuntur à jure.
- 60 Excusationem Judicis non prabet si dicat non putaram.

POST QUAM Thomas de Leturia condemnatus ad penam capitalem extitit, sententia relata ad Principem, eaque approbata, cum jam ad patibulum pararetur, positus, ut dicitur apud nos, *en la Capilla*, articulum immunitatis suscitatum fuit sub pretexto quod dum veheretur à villa de Molina ad hanc curiam, transierat simul cum satellitibus, & catenis per septa cujusdam edificii diruti, quod Ecclesiam fuisse dicebatur, & ipso exclamante immunitatem refugii, nihilominus ductus fuerat per satellites. Littere concessæ fuerunt, & iudicium aliquibus junctæ die antecedente, destinato ad executionem, iam nocte veniente: & quia executio suspensa non fuit, D.D. Laur. Mathan, de Re Crim. Pars I.

Censuræ publicæ fuerunt in quatuor ex octo iudiciis, qui tunc in Aula jus dicebant. Quare discutiendum venit an immunitate gaudere posset ex prædictis, & an intemptivè ac morosè auxilium immunitatis implorasset.

Quoad primum, videbatur dicendum quod fundamentum allegantis immunitatem est se aliquando confugisse ad locum Sacrum vel Ecclesiam, cap. Ecclesie 9. de imm. Eccles. ibi: Ecclesia in qua divini mysteria celebrantur, licet adhuc non existerit consecrata, nullo jure privilegium immunitatis admittit: quia obsequiis divinis dedicata nullius est teneratis ausibus profananda: in quo Text. gloss. verb. celebrantur, docuit quod si adhuc divina officia celebrata non sint, nondum gaudet privilegio immunitatis, neque in ea committi potest sacrilegium. At plerique Doctores secuti sunt doctissimum Præsidentem, & Præsulem Dominum Didacum de Covarruvias, lib. 2. var. c. 20. n. 4. docentem quod ad hoc ut locus sacer dicatur sufficit Ecclesiam constructam fuisse Episcopi auctoritate, quos Doctores cumulat Barbof. in collect. ad hunc Text. num. 2. & Diana part. 6. tract. 1. de immunit. resol. 11. per tot. quibus libenter subscribo: at semper est necesse quod constet Ecclesiam fuisse Deo dicatam per Episcopum, ut probant, Barbofa & Diana ubi proximè, quibus addendi Baconius, in 4. distinct. 13. arr. 1. Suarez, tom. 1. de relig. tract. 2. lib. 3. c. 9. num. 1. Bonacin. de legib. disp. 3. quest. 7. & de immunit. §. 2. num. 1. Layman lib. 4. tract. 9. cap. 3. n. 2. Lezana tom. 2. verb. immunitas Ecclesie, num. 2. Sed sic est quod locus à quo extractus supponebatur reus actus, Ecclesia non est, neque apparebat Ecclesiam aliquando fuisse auctoritate Episcopi Deo sacratam, vel in qua divina celebrabantur: ergo deficiebat fundamentum privilegii immunitatis.

Nec relevat si dicas sufficere probare hanc qualitatem semiplene, quia consecratio Ecclesie per unicum reftem probari docet gloss. in c. nuper §. 1. de testib. Mascard. de probat. conclus. 415. num. 4. Azor. instit. moral. part. 1. lib. 10. cap. 16. quest. 11. Costa de remed. subsc. diar. remed. 116. num. 6. Barbofa in collect. ad c. in omni negotio 4. n. 25. & cap. nuper §. 1. num. 7. de testibus: Et ratio est quia qualitas circumferens jurisdictionem sufficit quod semiplene probetur.

Gamma *decif.* 281. *per totam*, Portol. *ad Mol. tit. de comp. jurif. quæst.* 9. Cancer. *var. lib. 3. cap. 10. numero 119. cum feqq.* Gratian. *discept. For. cap. 596. n. 22.* Giurba, *confil.* 50. n. 10. Martinus Quatus, *resol. lib. 1. cap. 51. num. 18. & 19.* quos laudaveram, 2. *de regim. cap. 7. §. 1. num. 167.* quibus addendi Peregrin. *de immun. c. 3. num. 3.* Guazzin. *defens. 1. cap. 31. num. 9.* Riccius *in prax. rer. quot. resolut.* 450. n. 3. Mar. Cultel *ad l. Martin. controvers. 5. & 7.* Pareja *de instrum. edit. tom. 1. resol. 6. n. 62.* cum aliis novissimè congestis per doctissimum Senatorem Barchinon. Cortiada *decif.* 2. n. 75. Nam quoad probationem consecrationis Ecclesiæ dicendum est nullum testem in actis receptum fuisse qui de ea deponeret, & quoad probationem qualitatis circumferentis jurisdictionem non procedere conclusionem absque contradicte: nam plenam probationem requiri docet Text. *in l. 2. §. sed si dubites, ff. de juris. Gloss. in cap. inter de purgat. canon. Andreas Gail. lib. 1. de pace, cap. 13. num. 12.* Avendaño, *de exegnen. mand. c. 22. n. 2.* Farin. *quæst.* 8. n. 86. Carol. de Graf. *de effect. cleric. effect.* 1. n. 712. Alfonso Narbona *in l. 20. tit. 1. lib. 4. recopil. gloss.* 19. num. 4. Ambros. *de immun. cap. 11. n. 4.* Gregor. Lopez *in l. 4. 4. tit. 11. gloss.* 3. part. 2. Bobadilla *in polit. lib. 2. cap. 14. num. 94.* Don Franc. Castillo *decif.* 156. n. 2. Imò ex Doctoribus qui contrariam tenent plures valde dubitant, ut videre licet apud Gammam, *decif.* 179. num. 1. ibi: *fateor quod negotium istud dubitissimum sit, Flores de Mena in addit. ad hanc decif. ibi: inter hos Authores dissentio est in materia hujus decisionis, Gratian. d. c. 596. n. 22. & quidem varia sunt opiniones prout velle suum cuique est, nec voto vivitur uno,* Cancer. *d. cap. 10. num. 125.* ibi: *licet in puncto juris mihi prior opinio sequenda videbatur, & sic cæteri: licet enim Gamma, Cancer. Cortiada, & ego teneamus primam, quia receptor in provincis est, & more judicandi* 7 *procedit. Sed dato quod illa subsistat, nec adhuc semiplenè probatur extractio hujus rei, cum solum duo testes deponeret audivisse eo in loco antiquitatis Ecclesiam fuisse, quod non concludit: quia testes de auditu non probant in his quæ per sensum visus percipienda sunt, c. licet ex quadam, de testibus, & ibi Barbosa plures congerens n. 2. pluribus etiam Farin. quæst. 69. num. 2. cum*

segg. & Valenz. consil. 100. *ex numero 1.* Et casu quo probaretur Ecclesiam ibi aliquando fuisse, jam non adesse ex ipsis testibus constabat, sed ædificium dirutum, ob quod necessarium erat probare adesse spem reedificationis ut privilegium immunitatis conservaretur: sic tenent Remigius, *de immun. ampliat.* 20. Julius Clarus *in §. fin. quæst.* 30. n. 6. aliis relatis Farin. *quæst.* 28. n. 70. & in *append. de immun. cap. 10. num. 2.* Bonacina, *tom. 3. de censur. disp.* 2. q. 3. *punct.* 16. §. 4. *de indulg. quæst.* 1. *punct.* 8. Villalobos, 2. *part. tract.* 39. *differen.* 5. n. 1. Sanchez *in moral. parte 1. lib. 6. c. 1. dub.* 7. n. 7. Barbof. *de jur. Eccles. univer. lib. 2. c. 3. n. 60. & in collect. ad d. cap. Ecclesia n. 5.* P. Diana *d. part. 6. tract.* 1. *resol.* 1. *vers. verum affirmativè,* Lezana *d. ver. immunitas Ecclesiarum, num. 2.* Castro Palao, *tom. 2. tract.* 11. *disput.* 1. *punct.* 1. n. 5. *cum seg.* Nolter Egidius Trullench, *lib. 1. Decal. cap. 11. dub. 1. num. 3.* Et ratio est quia destructa Ecclesia per temporis diuturnitatem, vel rerum naturam sine spe reedificationis, amittitur privilegium immunitatis; quia destructo subiecto, accidens destruitur; Ambrosin. *de immun. cap. 10. num. 2.* Farin. Bonacina, Villalobos, Barbofa, Castro Palao, & Trullench, *ubi prox. Remig. d. immun. ampliat.* 20. Sanchez, *moral. parte 2. lib. 6. cap. 1. dub. 7. n. 2.* nihil horum comprobatur; ob quod concludendum venit minimè posse dici vi abstractum esse, cum non probaretur confugisse ad locum immunem.

Demùm in eadem quasi probatione dicebatur ligatum cum satellitibus, & jumento quo vehebatur transisse per illum locum quem immunem somniabat: ex quibus clarè resultabat captum fuisse extra Ecclesiam in loco profano, & quod si in eam intrasset, non libertate fruendo, sed detentum compedibus, atque satellitibus comitantibus, pertransisse: quo in casu minimè gaudere debet immunitatis privilegio: sic docet Archid. *in cap. sicut antiquitatis 17. quæst.* 4. Covarr. *d. cap. 20. n. 15.* Boër. *decif.* 110. num. 8. & *decif.* 175. num. 13. Farin. *d. q. 28. num. 69. & de immun. cap. 15. n. 291.* Oldradus, *conf.* 85. num. 4. Igneus, *in l. 1. in princip. n. 5. ff. ad Sillan. Decian. d. cap. 28. num. 10.* Tuschus *tom. 3. conclus.* 11. n. 28. Gamma, *decif.* 14. *per tot.* Cuaz. *defn.* 1. *cap. 37. num. 43.* Cenedo *practi. car. quæst.* 9. num. 3. & 7. Ant. Gomez, *variar.*

variar. lib. 3. cap. 10. n. 1. vers. quarto limita & intellige, Guttier. *lib. 3. pract.* q. 6. Anast. Germon. *de sacr. immun. lib. 2. c. 16. n. 75.* Azevedo *in l. 3. tit. 2. lib. 1. recopil. n. 11. cum segq.* Sanchez *moral. lib. 6. c. 1. dub.* 8. num. 8. Aillon. *ad Gomez. d. c. 10. num. 3. vers. quod is qui ducitur.* Bonacina *tom. 2. disput.* 5. q. 7. §. 2. n. 10. Villalobos 2. *part. tract.* 39. *differ.* 7. n. 25. Castro Palao *tom. 2. tract.* 11. *disp. unic. punct.* 3. *dub.* 8. num. 10. Trullench. *d. c. 11. n. 1. vers. nihilominus,* Diana *part. 1. tract.* 1. *resol.* 5. & 39. Thomas del Bene *tom. 1. de immun. cap. 16. dub. 10. sect. 7. n. 4. 6. & 7. latè & doctè Marius Calcel. d. lib. 1. q. 30. per tot.* quoad omnia in contrarium adducta respondit, & licet ex Theologis superius memoratis aliqui fateantur hanc sententiam in puncto juris esse veriore, tamen contrariam tanquam benigniorem in praxi amplectendam consulant: Hoc est contra præceptum Text. *in c. erit autem lex 4. dist. 1. ibi: ideo autem in ipsa constitutione ista consideranda sunt, quia cum leges institutæ fuerint, non erit liberum judicare de ipsis, sed oportebit judicare secundum ipsas.* Quare inferunt communiter Doctores, quod judex non debet esse elementior lege, pluribus Xamat. *de off. jud. p. 1. q. ex n. 39.* ob quod clarè sequitur quod judicare, secundum ea quæ in puncto juris veriora sunt non potest imputari pro culpa ad imponendam penam excommunicationis quæ est gravissima, ut mox dicitur, imò præcavere, juxta doctrinam doctissimi Didaci Covarruvias *in d. 20. n. 3.* omnes Judices tam Ecclesiastici, quam Sæculares debemus, *ne hisce temporibus Canones ipsos extendamus, cum oporteat audaciam reprimere eorum qui passim hæc immunitate freti crimina committunt:* & sic quoties reus nunquam libertatem assecutus fuit, sed captus ductus per locum immunem, minimè gaudere est tenendum.

11 *Ulterius qui in Ecclesia delictum committit, immunitatis privilegium amittere est certo certius, cum hoc privilegium Ecclesiæ concessum sit ratione reverentie locis factis debet: quare non debet retorqueri in contemptum ipsius, ut dicatur facta a delinquentium & spelunca latronum, probat expressè Text. in c. fin. de immun. Eccl. & per hunc Text. Covarruv. d. c. 20. n. 13. Ant. Gomez. *var. tom. 3. c. 10. n. 2.* Boër. *decif.* 109. num. 5. Vulpell. *de libert. Eccl. D. D. Laur. Matthæu, de Re Crim. Part. 1.**

cles. part. 1. num. 27. Didacus Perez *in l. 6. tit. 2. lib. 1. ordin. Menoch. de pre. sumpt. lib. 5. pres. 10.* Anast. Germon. *d. lib. 1. cap. 16. num. 79.* Azevedo *in l. 3. num. 23. tit. 2. lib. 1. recopil.* Guttier. *pract. lib. 3. quæst.* 1. Bolaños *in Curia Philip. part. 3. §. 12. num. 10.* Card. Tusch. *verb. Ecclesias conclus.* 11. n. 10. & 21. Ambrosin. *de immun. cap. 5. n. 1. & 2.* Franc. Mol. *de sacr. hom. com. immun. vers. tandem quæst.* 10. n. 19. Bobadilla *d. lib. 2. c. 14. n. 24.* Sesse *decif.* 141. *per tot.* Clarus *d. q. 20. vers. scias autem, Farin. d. q. 28. n. 73.* Navarr. *in man. c. 25. num. 20.* Suárez *tom. 1. de relig. tractat. 2. cap. 11. num. 6.* Franc. Leo *in thesaur. part. 1. cap. 13. n. 23.* pluribus Barbofa *d. c. 3. n. 165. & in Collect. d. c. fin. n. 1. & seg.* Sebast. Guazzin. *d. defens.* 1. c. 38. n. 11. 16. & 17. Qui omnes docent procedere hanc conclusionem non solum quoad Ecclesiam in qua maleficium patravertat; verum quoad alias, cum Ecclesia una & individua sit, & sic ex qualibet extrahi potest, & punire pro cunctis delictis ab eo patrat, dummodò crimen in Ecclesia commissum non sit leve; nec pro eo punitus. Sed sic est quod iste Reus primum delictum consummavit in Ecclesia Monialium de Arciniega, fundando censum duorum mille & quadringentorum ducatorum cum instrumentis falsè ab eo fabricatis, subripiendo à Sanctimonialibus tam ingentem quantitatem quod est crimen gravissimum, & ratione illius nunquam fuerat punitus: ergo potuit extrahi, & puniri pro omnibus; Nam furtum magnæ quantitatis innegabile est, & pro furto facto in Ecclesia non gaudet immunitate, ut plures ex his Doctoribus docent, & sic decif. per sacram Congregationem immunitatis in Sgualacensi 18. Martii 1631. refert Barbofa *in summa decif. Apostolic. collect.* 4. 17. numero 13. & quamquam Lezana *dict. verb. immunitas Ecclesie num. 11.* in contrarium adducat hanc decisionem, lapsus apparet, cum citet Barbofam qui pro nobis est.

Nec obstat si dixeris Bonacinam, 14 *Castro Palao, Dianam, & alios relatores per Trullench. i. decal. cap. 11. dub. 4. num. 2.* contrarium tenuisse; nam præterquam quod nostra sententia verior, & communior est, ipsi loquuntur in terminis *constit. Gregor. XVI. quæ non procedunt in nostro casu, quia Gregoriana in Regnis Hispaniæ non tenet,*

cum ab ea supplicatum fuerit, & non sit usu recepta: probant Fagundes de praecept. Ecc. tom. 2. lib. 4. c. 4. n. 47. Bolaños in Cur. Philip. tom. 1. p. 3. §. 12. num. 57. Portel. in dub. regul. verb. Ecclesia immunitas n. 9. Villalobos in summ. p. tract. 9. differ. 7. n. 23. Diana p. 1. tract. 1. resol. 5. & 39. Salgado de retent. Bullar. p. 1. c. 2. n. 141. Martin del Rio disquis. magic. lib. 5. sect. 7. vers. capi sortarios. Oxeda in discurs. adducto per Barbof. in prax. exigenda pensio. num. 46. cum sequentibus, Guttierrez dict. lib. 3. cap. 1. num. 36. Carasco de recopil. cap. 3. Cultel. dict. lib. 1. quæst. 1. num. 50. Trullench dict. cap. 1. in prin. & dub. 5. numer. ad med. Fontanell. decif. 583. num. 2. & 21. cum seqq. Martin. Perez ab Unona de Sacram. Pœnitent. disput. 30. sect. 4. num. 2. Don Francisc. Castillo decif. 56. n. 51. novissimè Don Michæel Cortiada decif. 3. num. 31. & ego dixi 2. de regim. Val. cap. 7. §. 1. num. 160. & Dominus Crespi. observat. 63. per tot. quo materiam accuratè expendit.

15 Nec adhuc obstat si replices, Pontificem habere potestatem à Deo ob quod minimè requirunt decreta ipsius acceptationem populi per usum, ut ali- qui ex Theologis asserunt. Nam licet verum sit antecessens, prout est: in his quæ fidei; aut juris divini, vel naturalis non sunt, acceptationem populi requiri ad validitatem constitutionis probant Text. in cap. in istis, §. leges 4. distinct. ibi confirmantur cum moribus utentium approbantur: sicut enim moribus utentium nonnulla leges hodie abrogata sunt, ita moribus utentium ipsæ leges confirmantur. Gloss. in c. 1. de treg. & pace. verb. frangere. Bartol. in l. fin. §. sed cum antiquitas. in fin. ff. de cura furios. Roland. in tract. de lucr. dot. q. 99. Menoch. cons. 459. n. 32. lib. 5. Surd. cons. 38. n. 9. lib. 1. Emill. Verat. dec. 203. 3. part. n. 1. Guttierrez. canonicar. lib. 1. cap. 8. n. 1. Alderan. Mascard. de interpret. statum. conclus. 6. ex num. 77. Julius Cartar. decif. crim. 46. num. 6. decif. 74. num. 17. & decif. 94. num. 8. Grassis decif. Aurear. lib. 2. cap. 10. num. 27. Navarrus d. c. 32. n. 1. & cons. 1. de constitut. n. 5. Covarruv. var. lib. 1. cap. 16. ex num. 6. Salas de legib. disp. 13. sect. 1. & 5. Bonacin. disput. 1. quæst. 1. punct. 4. num. 27. Major. in 1. num. 4. distinct. 15. quæst. 4. in argum. contr. secund. conclus. Driedo lib. 1. de liberi. Christian. canonicar. d. cum 2. Henriquez tractat. de sy- nod. part. 3. part. art. 2. num. 62. Atmilla verob. num. 11. Angel. lib. 2. n. 4. Azor.

tom. 1. instit. lib. 5. cap. 4. quæst. 1. & seq. Reginal. lib. 13. n. 160. Castro Palao tract. 3. disp. 1. punct. 13. num. 4. Lessius lib. 2. c. 22. dub. 13. num. 98. Filiucius tom. 2. tract. 21. cap. ult. num. 429. Tanner. in 2. part. D Thom disput. 5. quæst. 5. dub. 4. num. 130. Cochier. de jurisd. tom. 1. quæst. 5. punct. 2. Becan. in summ. Theolog. part. 2. tract. 3. cap. 6. quæst. 8. num. 2. Sanctarellus tract. de heres. cap. 13. num. 21. Homobon. de exam. Eccles. part. 2. tract. 11. q. 17. c. 7. Emmanuel Sa verb. lex num. 1. Miranda in manual. Pralat. tom. 2. quæst. 25. art. 21. conclus. 1. Valer. differ. utriusq. verbo peccatum. differ. 30. n. 2. Villalob. p. 1. tract. 2. differ. 16. n. 6. Trullench. in exposit. Bullæ Cruciatæ, lib. 1. §. 7. c. 1. dub. 3. n. 21. Barb. in collect. d. c. istis, n. 4. Larrea allegat. 64. n. 29. neque negare potuit Pater Diana part. 1. tract. 10. resol. 1. in fin. quo fatetur, constitutionem per non alium abrogatam, non obligare: & sic dum aliter per Summum Pontificem non statuatur in his Regnis, & usus recipiat, quæstiones immunitatis juxta canonicas sanctiones, & non per Gregorianam decidenda sunt.

16 Quibus positis & remanente dispositione juris canonici in usu quoad hæc Regna, quæ non est innovata per Tridentinum, imò iustum quod canonicæ sanctiones ad unguem observentur, ut expressè legitur: sess. 25. cap. 20. de reformat. clarè sequitur quod etiam plene constitisset hunc Reum ad locum immuncem confugisse liberum, nihilominus gaudere nequibat illius immunitate; nam latrones publici eâ non fruuntur, cap. inter alia 6. de immunit. Eccles. ibi: & hoc verum est nisi publicus latro fuerit. ubi com. Doctores Anastaf. Germon dict. lib. 5. cap. 16. num. 56. Villagut. dict. cap. fin. num. 41. Tuscus de verb. Eccles. conclus. 11. num. 1. Covarruv. d. cap. 20. n. 13. Jul. Clar. d. quæ. 30. num. 8. & 9. Didacus Perez in l. 2. tit. 18. lib. 8. ordin. Gama decif. 17. per tot. Tiber. Decian lib. 6. c. 28. n. 2. & 3. Guttierrez practicar. lib. 3. quæst. 4. Cardolo in prax. judic. verb. Ecclesia, n. 87. Marta de jurisdict. p. 2. c. 51. num. 21. Camil. Borrel. in summ. decif. tit. 3. num. 69. cum seqq. Farin d. quæst. 28. n. 50. & de immunit. num. 147. cum seqq. Barbosa d. cap. 3. n. 79. & in collect. d. cap. inter alia num. 37. novissimè Præsul Balbastren. Urrutigoyti de compet. juris. q. 90. n. 20. Cortiada tom. 2. decif. 107. ex num. 1.

quos

quos sequuntur omnes Theologi, & Summistæ adhuc in terminis Gregorianæ constitutionis. Imò juxta Canonicas sanctiones, & consuetudinem antiquissimam Regnorum Castellæ simplices fures non gaudent, Covarr. d. c. 20. n. 14. Pater Suarez d. c. 11. n. 4. Sanch. d. dub. 8. n. 14. Tiber. Decian. d. lib. 6. cap. 28. n. 2. Ant. Gomez d. cap. 10. n. 2. Azevedo in l. 3. tit. 2. lib. 1. recopil. Paz in prax. tom. 1. part. 5. c. 3. §. 3. num. 64. quam consuetudinem observandam esse plures docent, & quamquam Guttierrez ubi supra, dubitet de consuetudine asserendo se obtinuisse contra eam; intelligendum est in fure semel, aut bis furante, non autem in famoso, nempe qui tria & amplius furta quantitatatis ingentis commisit, prout ex ipsis Doctoribus superius memoratis colligitur. Sed nullus latro 18 publicus ita deprædatur; nullus fur quantumvis famosus tot tantisque summas contrectat, aut eripit, sicut Reus patrabat qui convictus, & confessus erat de quinque latrocinis ingentis quantitatatis, & ferè incredibilem summam: ergo latro famosus fuit, publicusque grassator, ut tanquam talis privaretur beneficio immunitatis.

19 Nec te moveat si dicatur jura loqui de publico latrone qui palam bona surripuit, propriè, qualis est qui per vias publicas deprædatur; non autem de latrone interpretativè sumpto, qualis iste apparebat juxta tradita per Bonacinam tom. 2. disput. 5. quæst. 7. §. 4. n. 5. & tom. 3. de censuris disput. 2. q. 1. punct. 16. §. 3. num. 6. Nam iste Reus latro publicus propriè erat, cum is dicatur qui publicè & palam deprædatur, vel per insidias in via publica, flumine, vel altari, ut pluribus tenent Glossa in d. cap. inter alia, ubi Abbas, & Sylvester, verb. latro. Azor. lib. 9. c. 9. tom. 2. q. 9. Scortia sheor. 385. Tiber. Decian. lib. 6. cap. 28. num. 2. Gregor. cap. 6. num. 2. Marius Ital. lib. 1. cap. 5. §. 1. Ambros. de imman. cap. 2. n. 3. & 4. Farin. d. q. 28. num. 5. & de immunit. cap. 10. num. 150. Correc in repet. d. c. 7. n. 77. Barbos. d. c. 3. num. 79. Tancredo de relig. tract. 2. lib. 4. disput. 7. quæst. 5. num. 6. Thomas del Bene dict. cap. 16. dub. 13. num. 2. Amicissimus Præsul Don Didacus Frances Urrutigoyti in pastor. regular. part. 3. vot. 8. num. 14. 20 Sed iste reus per insidias & falsitates deprædabatur non solum in via pu-

blica; sed in urbibus, in plateis, in tribunibus, & coram Magistratibus Regni, ut ex actis apparebat: ergo publicus latro propriè fuit, cum omnibus requisitis à Doctoribus postulatis, non solum juxta dict. cap. inter alias, sed etiam juxta Gregorianam. Quibus & addi poterat Christum Dominum, Matth. 21. 13. Latrones vocasse vendentes in templo: Nec dicere fas erit Christum Dominum impropriè locutum fuisse, cum imperfectio in eo impossibilis sit; esset quippe injuria mercatores illos afficere nisi criminis proprii titulus facinoribus eorum congrueret.

21 Nec silentio omittendum duxi quod hæc jura interpretativè accipiuntur per Doctores tenentes, cum qui semel in judicio confessus fuit furtum, vel judicis sententia pro furto condemnatus fuit, dici latronem publicum si postea in furto deprehendatur, & sic immunitate non gauder, ut in simili probat Text. in c. vestra, & c. fin. de cohabit. clericor. & per eum Text. Gambac. de imm. l. 5. c. 11. n. 3. & 4. Barbos. d. c. 3. n. 79. & 80. & in d. c. inter alia, n. 38. Castro Palao d. tom. 2. tract. 11. disp. unic. punct. 9. n. 2. Trullench. d. cap. 11. dub. 3. n. 4. Lezan. d. tom. 2. verb. immunitas Eccles. num. 8. Sed iste reus erat confessus judicialiter de latrocinio & falsitate facta Sanctionibus anno 1660. & cum anno 1664. fugisset & carceribus, postea deprehensus fuit in tantis furibus, & falsitatibus: igitur latro manifestus factus fuerat, & sic non gaudebat, etiam si per Gregorianam cautâ decidenda esset.

22 Amplius ex eo quod quæstio illa agitata inter Doctores relatus per Mar. Cultel. q. 32. n. 1. & Præsul. Urrutigoyti d. q. 90. n. 4. sed latius q. 82. per tot. & Cortiada t. 2. dec. 70. n. 15. an dicatur publicus latro fraudulentum decoctor, decifia reperitur per summum & sanctum Antistitem Pium V. in constit. edita anno 1570. quæ est 112. t. 2. Bull. per quam pronunciat decoctores fraudulentos esse latrones publicos verè, & eisdem poenis afficiendos, ut in S. ejusd. const. apparet ibi: hos autem furibus, & latronibus similes esse, ut ab illis in nihil differant, cum quibus consonat nostra l. 2. tit. 19. lib. 5. recopilat. ibi: declaramos los que asi se alcaren ser publicos latrones, y verdaderos robadores. Quod fieri posse per Pontificem, sive nominis dubium declarando, sive terminum ambiguum,

F 4 in

in iure exponendo, in dubium revocari nequit per Text. in c. *fin. de constit. c. relatum* 87. *distin.* l. *si imperialis* 12. §. *cum igitur*, c. *de legib. l. Neratius* 191. ff. *de regul. jur. probant* Tiber. Decian. d. l. 5. c. 28. n. 34. Covatr. d. c. 20. n. 14. Boër. *decis.* 115. n. 7. Farin. d. q. 28. n. 33. Cultel. d. q. 32. n. 13. Benvenut. Straca. *de Mercator. part.* 3. n. 41. Rebuf. *ad constit. Gal.* l. 2. tit. *de Mercat. fal. artic. ult. gloss. univ.* n. 7. tit. 8. Paz. *in prax.* l. 1. p. 5. c. 3. q. 3. n. 156. Gutierrez. *practicar. civil. q. 1. n. 4. & 13.* Anast. German. d. lib. 3. c. 16. n. 113. Nofter Thomas Cerdan. *de Tallada in vis. sit. carcer.* c. 9. n. 22. Azavedo, in l. 3. tit. 2. lib. 1. *recop. n. 6.* Bobad. d. c. 14. n. 66. (alii apud Barbof. in d. c. *inter alia* n. 41. contrafratiam sequentes loquuntur in terminis Gregorianæ) qui unanimes de iure tenent in decoctore, quod concurrentibus fraudulenta seductione, & actuum pluralitate gaudere non potest, ut manifestus latro; & tamen interpretative talis dicitur: ergo in nostro casu cum peior seductio reperiri nequeat quam illa qua utebatur, nempe falsitate documentorum, nec callidior fraus quam sub pretextu officii regii discussoris, cum tanta actuum multiplicatione, latro publicus dicendus est, & sic non poterat gaudere immunitate.

16 Quibus addi poterat quod iste Reus, ut dictum remanet *contr. 4. n. 7. & contr. vers. 5. n. 22. & 30.* ex usu officii publici ad se non pertinentis, & ex falsitate regionum scriptorum factus fuerat reus læsæ Majestatis, & licet in terminis Gregorianæ ut immunitate privetur requiritur quod committat crimen in personam Principis, ut tenent Doctores relati per Dianam p. 1. *tract. 1. ref. 7. & p. 4. tract. 1. ref. 103. & p. 6. tract. 1. ref. 18.* de iure hoc crimen exceptum est ex Text. in c. *si quis cum militibus* 6. q. 1. & sic minime comprehensum in d. cap. *inter alia* probant Gigas *de crim. læs. Majest.* l. 3. tit. *de pluribus & divers. quæst. q. 93. per tot.* Clar. d. q. 30. n. 10. & ibi Bajard. n. 19. Rebuf. *tr. de immunit. Eccles.* art. 1. gl. 1. n. 23. Guazz. d. *defens.* l. c. 38. n. 31. & adductis per Dianam adæquatè responderat Mar. Cultel. q. 7. & 20. cujus sententiæ subscriperant Farin. d. q. 28. n. 72. Clar. d. q. 30. n. 10. & q. 36. & 27. Layman. lib. 4. *tract. 9. c. 3. n. 9. in fin.* sed cum ipse Cultellus nil dicendum reliquerit, ea non transcribuntur. Sed addi potest valida, meo iudicio, ratio, nempe quod quando

crimen adeo enorme est ut pro eo veniat clericus degradandus non est tutus in Ecclesia, quia immunitate non gaudet; sic tenent pluribus Farin. d. q. 28. n. 8. & 16. & 27. Lezana d. *verb. immunitas*, n. 6. Diana p. 6. *tr. 1. ref. 26. q. 10. & Barbof. in sum. dec. Apostolic. coll.* 156. n. 16. qui referunt sic decisum per S. Congreg. Cardin. die 17. Augusti 1618. Sed pro crimine læsæ Majestatis inter alia enormissima Clericus debet degradari juxta Theologorum & Canonistarum doctrinam, ut docent Avila *de censur. p. 4. disp. univ. d. n. 3. concl. 5. vers. denique.* Ambrosia. *de imm. c. 17. n. 40. vers. si vero.* Villalob. *in sum. p. 1. tr. 18. d. 12. n. 12. in fin.* Thomas del Bene *de immunit. tom. 1. c. 6. dub. 5. scilicet. 3. n. 13.* Castro Palao *tom. 6. disp. 4. punct. ult. n. 13.* Diana *part. 10. tr. 11. ref. 52. vers. verum*, aliis adductis Cortiada *decis. 24. n. 120.* quod fulcitur ex eo quod immunitas concessa Personis Ecclesiasticis æqualiter tenet, ac concessa loco facto, ut diffinitum habemus per Tridentin. d. *sess. 25. cap. 20. de reformat.* ibi: *Ecclesie & Personarum Ecclesiasticarum immunitatem Dei ordinatione, & Canonice sanctionibus constitutam.* Sed una amittitur pro hoc crimine: ergo & aliam amitti dicendum est. De enormitate criminum hujus Rei dubitari non potest tum ratione substantiæ, læsæ majestatis, latrocinii & falsi, tum ratione quantitatum subreptarum, tum ratione qualitatis à Sanctimonialibus, & arario publico; tum etiam ratione incortigibilitatis resultantis ex reiteratione & pluralitate. Ergo clarissime apparet non posse frui simili immunitate.

Denique quia ex ipsa allegatione Rei & Promotoris fidei Curie Ecclesiasticæ resultabat reum non fuisse extractum jussu iudicium, neque per familiam illorum, sed per Satellites Correctoris de Molina qui eum adduxerunt, quo in casu iudices procedere poterant ad punitionem sine periculo violationis immunitatis, vel lapsus censurarum juxta doctrinam religiosissimi atque doctissimi P. Francisci Suarez 1. *de religion. tract. 2. l. 3. cap. 13. n. 17.* quem secuti fuere Gamba Curia l. 8. *cap. 7.* Cultel. q. 16. *ex num. 17.* Nec relevat contrarium tenuisse Megala, Farin. Pezegr. & Dianam per ipsum Cultel. *relatos. n. 1.* Nam praterquam quod eis responsum adæquatam præbet *ex num. 15.* in primis dicendum est æqualitatem

in

in iudiciis semper servandum, c. *non licet, de regul. jur. in 6.* cum aliis congestis per Barbofam, *axiom.* 16. n. 1. si enim reus extractus transiebat cum onere restitutionis, ut hi Doctores firmant, quare legitime captus, si per vim ad Ecclesiam fuerit adductus non transibit cum suo onere: nonne hoc est ad impariam iudicari? Secundo, nam ex auctoritate P. Suarez negari nequit quod sua opinio remanet probabilis, maxime ubi Gregoriana usu recepta non est, ut diximus. Sed opinio probabilis potest amplecti relicta probabiliori, ut probat arg. Text. in cap. *in quibus* 22. *quæst. 1.* cum aliis adductis per Larream *allegat. 6t. num. 11.* & in specie Morla, in *empor. tit. 2. q. 5. num. 9.* & ita tenuit ipse Diana, *parte 2. tract. 13. resolut. 2. & tract. 15. resolut. 29.*

33 *vers. sed ego:* quod non solum procedit in privatis, sed in iudicando, ut ipse docet, d. *tract. 13. resolut. 3. in fin.* ita ut iudex excusetur in iudicatu (de quo videndus Xamar, lib. 1. *quæst. 3. per tot. ubi plures*) ergo absque labe incurfave censurarum ex hac sola ratione poterunt iudices procedere ad executionem.

34 Quoad secundum dicendum est morose, & intempestive articulum immunitatis suscitatum fuisse: nam iste Reus adductus ad carceres Curie fuerat die 15. Junii 1666. & in eis detentus usque ad diem 13. Februarii anni subsequents, & admittus ad defensionem probandas, causa legitime conclusa, per aliquos menses ex variis accidentibus suspensa, relata publice in Aula die 8. Februarii terminata per sententiam die 11. eodem die ad capellam ductus ob quod non poterat dici celeriter punitum fuisse, neque ex abrupto prout crimina postulabant, condemnatum ad mortem: sed omni cunctatione adhibita, & tandem jam mandata executioni sententia (cum executione incipiat ab appositione in cappella ut mox dicam) immunitatis quaestio suscitavit: quare cum Petro Joanne Fontanella, *decis. 256. num. 2.* dicere possumus: *erat ex illis quas nos siambres dicimus quæ nullum habent iustitiam colorem, sed solent reservari, ut allegentur, in puncto crudo, ne sententia criminales executioni mandentur.* (Verba quidem licet non ex elegantioribus, admodum comprehensiva intentionis proponentium) ex quibus suffragari minime poterat; nam eo condemnato ad mortem causaque relata ad principem,

reoque apponi iussu ad capellam, Iudices functi fuere officio suo; ita ut non possint executionis perfectionem differre, l. *cum reis, c. de panis*, ibi: *cum & in homicidii crimine, & aliis detectis gravioribus causis ultio differenda non sit, l. de his 5. c. de Custod. reor.* ibi: *aut convictos velox pœna subducatur: melior Textus in l. si quis forte 6. ff. de panis*, ibi: *Ceterum ut mea fert opinio, profusus eos non debuissent postquam semel damnati sunt audiri quidquam allegent. Quis enim dubitet eludende pœne causa ad hac eos decurrere? magisque esse puniendos qui tamdiu conticuerunt.* De iure Hispano pariter cautum est, in lib. 5. tit. 17. *part. 3.* ibi: *esi el tuitio fuisse dado sobre algun pleito de escarmiento de Justicia de muerte, o de perdimento de miembro devese luego cumplir.* Docent, Glossa & Doctores in c. *quarenti de off. delegat.* Gregor. Lopez, in d. l. 5. *gloss. 5.* Didacus Perez, in l. 1. 3. tit. 3. lib. 5. *gloss. 1.* & in l. 1. tit. 5. lib. 8. *ordin. gloss. 3.* Speculator in tit. *de Dilat. §. 1. vers. executio*, Jason. Felin. & alii relati per Farin. in *fragm. lit. c. num. 610.* Clar. q. 97. n. 7. Ant. Gomez, *var. lib. 3. c. 13. num. 45.* Cenedo, *practicar. quæst. 9. n. 1. & seqq. Guazzin. defens. 38. cap. 3. num. 1. cum seqq.* Qui omnes solum concedunt post sententiam supervenit causa immunitatis, veluti si reus effugerit à carceribus, vel dum ducitur ad patibulum de manibus satellitum evaserit, & confugerit ad Ecclesiam vel ad sacerdotem portantem sacratissimum Eucharistia sacramentum, quia tunc supervenit privilegium immunitatis: & nec verbum ullum instituit de causa præcedenti, nam si Reus, sive Promotor fidei distulerit proponere quaestio immunitatis, sibi imputent quare tandiu conticuerunt, ut dixerat Ulpianus, in d. l. *si quis forte.*

Quod procedit ex optima ratione, nempe ne defensionis via præcludatur, quia cum literæ Iudicis Ecclesiastici habeant ex generali stilo clausulam appositionis pœnæ censurarum; & excommunicatio sit fori contentiosa, & sine causæ cognitione non possit proferrî, cap. *sicut*, cap. *nono quæst. 1.* Ant. de Butt. in cap. *num. 7. de elect. in 6.* Abbas in cap. *cum contingat, de for. comper.* Valenzuela *conf. 43. num. 39.* & sic necesse est quod præcedat legitima monitio, citatio ad declarationem, & assignationem

termi

termini ad respondendum, alias publicatio vitio nullitatis laborat, *cap. sacro 48. & c. contingit*, ubi late Doctores & Barbosa plures colligens, *de sent. excomm. num. 5. & 7. cap. statumus 13.* ubi Barbosi *n. 2. cap. Romana 5.* & ibi, *Barbosa n. 4. eodem tit. n. 6.* Riccius *in prax. quotid. resol. 174. num. 1.* pluribus Diana *d. tract. 9. resol. 18. in fin.* proponendo quaestionem immunitatis morosa, quando jam executio parata vel incepta est, dat causam quod non obstantibus his procedatur ad ulteriora, aut monitio, assignatio, & citatio praetermittantur, sub praetextu periculi imminenti in mora; & quod amplius est, citationes quae personaliter fieri debent in domo citandi fiant contra juris ordinem, quando jura clamant quod fieri debent in propria persona, & coram idoneis testibus, ut possit apparere de realitate ipsius; etiam si reus ducatur ad patibulum concedendo terminum sufficientem ad deliberandum: sic tenent Faber, *de censur. in 4. sent. distinct. 25. q. 1. disp. 4. cap. 2. num. 5.* Bonacina, *de censur. disp. 1. quest. 1. punct. 9. num. 6.* Cornejo, *in 3. part. tract. 5. de Censur. in genere, disput. 5. dub. 2.* Villalobos, *in summa, tom. 1. tract. 6. diff. 19. & 20.* Conink, *de sacram. disp. 13. dub. 9. n. 79.* Avila, *de censur. part. 2. cap. 5. disp. 1. dub. 7. & segg.* Diana *d. tract. 9. resol. 19.* qui loquitur in terminis Clerici capti per curiam secularem, & ducti ad supplicium subito; nam licet executio in se, semper fatetur dandam iudici portionem temporis sufficientem ad deliberandum: alias enim censurarum sententia erit nulla, quia fertur non servatis de jure servandis: quae quidem nullitas est notoria & insanabilis, ut late probat Salgado *de reg. protect. part. 3. cap. 9. num. 31. cum segg.* & sic non timenda; pluribus Valenzuela, *consil. 32. num. 104.* late Gibal, *de sacra jurisd. disp. quest. 6. quest. 2. per tot.* Quomodo enim justificari potest quod inauditus iudex publicetur excommunicatus sub praetextu periculi imminenti ex mora, quando ipsa mora commissa fuit per partem taudiu contentem immunitatis allegationem?

Sequitur patitur quod ea quae continentur in monitione sine impossibilia, & sic minime obligent iudices, cum ad impossibile nemo teneatur, *l. si quis in gravi, in princip.* ubi Bart. ff. *ad Sillan. l. si stipuler, ff. de verbob. oblig.* pluribus

Augustin. Barbos. *axiom. 118. num. 7.* Major patet ex eo quod praxis exequendarum sententiarum capitalium in Aula nostra sic se habet: causa publice relata & praecedente debito examine decisa, Princeps certior fieri debet Aulam habere negotium, quod Regiae majestati referat, ut horam assignet: ea assignata, factaque relatione modo narrato *Controvers. 1. n. 63.* si sententiam confirmet jubendo, quod fiat iustitia, Novior ex Praefectis Regiae domus & Curiae ad carcerem revertitur sententiam in libro resolutionum scribit propria manu, reum ad Capellam adduci jubet, & in ea jam posito personaliter accedit cum scriba Camerae qui sententiam injungit, quibus peractis neque in Aula jam de executione tractatur, neque alio decreto mediante extrahitur ad patibulum jubetur: sed die tertia satellites hora & modo asueto ad patibulum ducunt, sine dilatione, nisi Princeps aliter jusserit, & sic suspensio executionis a mera voluntate Principis pendet: sed haec quoad iudices impossibilia sunt, *l. apud Julianum, §. constat, ff. de legat. 1. pluribus.* Barbosa *d. Axiomat. 118. num. 4.* & ratio est; nam iudex cum jam functus est officio suo per sententiam, neque augere poenam, neque minuere potest, neque executionem suspendere nisi jubente Principe, ut docent Covarruv. *pract. cap. 34. num. 5. & var. lib. 2. cap. 9. num. 8.* Clar. *quest. 85. num. 10.* & ibi Bajard, *num. 35.* Farin. *d. quest. 17. n. 61.* Plaza *in epit. delictor. cap. 3. num. 5.* Cenedo *d. quest. 9. num. 31.* quod de jure Castellae clare procedit, *l. 5. tit. 13. lib. 2. for. 1. 3.* & ibi Gregor. Lopez, *verb. toller. tit. 22. part. 3. l. 11. tit. 6. lib. 3. & l. 14. tit. 26. lib. 8. recap. Morla in emp. tit. 1. quest. 10. num. 8.* Ob quod licet sub censuris Ecclesiasticis iudex moneat reum ad Ecclesiam restitui, cum si res quae non recedit sub potestate iudicis, ut dixi, censurae minime tenent, cum supponant culpam propriam mortalem, *c. nemo 2. 11. q. 3.* & ibi com. Doctores Navarr. *in Manual. cap. 27. n. 9. & 76.* Sousa *in relect. de censur. Bullae in Camera, cap. 2. disp. 16. num. 2. & cap. 8. disp. 51. num.* Covarruv. *in c. alma mater, parte 1. §. 9.* Avila *2. parte de censur. cap. 5. disp. 1. dub. 2.* Salas *de legibus disput. 16. sect. 9. ad fin.* Bonacina, *de censur. quest. 1. punct. 3. in princ.* Farin. *in fragm. lit. E, num. 10.* Sesse *decision.*

Arag.

Arag. *210. num. 2.* Henric. *in summa, lib. 13. cap. 11. §. 3.* Riccius *in prax. quotid. resol. 172. per tot.* Barbos. *in Collect. ad cap. 1. de sent. excomm. n. 6.* Thomas del Bene *tom. 2. de immunit. cap. 19. dub. 25. num. 3.* Sayrus. *lib. 7. c. 3. num. 12.* Fagundez, *in 1. praecept. Eccles. lib. 1. c. 14. num. 7.* Trullench. *lib. 3. decal. cap. 1. dub. 10. n. 15.* Conink *disput. 13. dub. 8. conclus. 2.* Suarez, *de censur. disput. 4. sect. 4.* Sanchez, *lib. 6. moral. cap. 4. n. 55.* Layman, *lib. 1. tract. 5. cap. 5.* Vasquez, *tom. 2. disput. 158. cap. 5.* Gaspar Hurtado, *tract. de censur. disput. 10. num. 4.* Castro Palao, *tom. 6. disput. 1. punct. 7. num. 2.* Valer. *differ. utr. for. verb. excommunicatio, disp. 9. per tot.* Diana, *part. 5. tract. 9. resol. 15. vers. verum his non obstantibus, & resol. 47.* Gibalini, *de sacra jurisd. disput. 5. quest. 1. num. 4.* Cornejo, *in 3. part. tom. 2. tract. 5. de censur. disput. 8. dub. 1.* Lezana, *tom. 2. verb. censura, num. 10. cum segg.* Paludanus, *in 4. distinct. 18. quest. art. 2. conclus. 2.* Sotus, *in 4. distinct. 22. quest. 1. art. 1. conclus. 1.* Tamburin. *de jur. Abbatum tom. 2. disp. 14. quest. 1. ex num. 1.* qui omnes tenent adhuc culpam non sufficere nisi adit contumacia. Et ratio est quia in Ecclesia nulla major poena datur quam excommunicatio, ut probat D. August. *in c. corripiantur 25. quest. 3.* morti enim comparatur per Innocentium, *in c. per venerabilem, in fin. qui filii sint legit. Gregorium, in cap. si qui venerit, 2. de majorit. & obed.* Bene ad tem Barbosa, *de jur. Eccles. lib. 1. cap. 3. n. 77.* & melius Gibalin. *d. n. 4.* quae omnia laconice comprehendit Cenedo, *pract. quest. 19. num. 3.* ibi: *nam neque mors, neque damnium aliquod temporale ita potest hominem damnificare sicut excommunicatio, etiam per unius huius spatium, etiam si calum, & terra simul conveniant ad perendum hominem: cum autem poena gravissima sit, recte sequitur minime imponi posse quin praecedat condigna culpa: sic argumentatur Pater Diana, 2. part. tract. 13. resol. 3. in fin.* Et haec non simpliciter commissa, sed cum contumacia respectu Ecclesiae comminantis (quae respectu rei sub potestate moniti non cadentis reperiri nequit) Diana, *d. p. 5. tract. 9. resol. 55.* Quomodo ergo censurae legitime feruntur quando iudici ecclesiastico apparet de impossibilitate parendi? Quare contra illum de quo ambigitur an peccaverit

neque venialiter; cur quando non ignorat fecisse quod in se erat post monitionem?

Ex quibus infero; primum quod sicut quod gravior est poena sic requiritur clarior culpae comprobatio, *l. sciant cuncti, C. de probat. c. sciant cuncti, 2. quest. ult.* ubi communiter Doctor pluribus. Sebast. Guazzin. *defens. 33. cap. 14. num. 1. cum segg.* agitur enim de re magni momenti atque gravissimi praedicii, ob quod requiritur exacta culpae probatio, resultans ex actis: sic pariter ad promulgationem excommunicationis requiritur exacta culpae gravis comprobatio, ut late docent omnes Doctores relati, *supra num. 46.* Neque ex eo quod immunitas Ecclesiae favorabilis sit, sufficit qualibet probatio, cum in quocumque negotio probatio incerta non relevet, *c. in praesentia de probat. & ibi Doctor. l. certum, C. de confess. Aymon. Cravet. consil. 276. num. 4.* Roland. à Valle *consil. 46. n. 29.* Valenzuela, *consil. 33. num. 163.* imò de necessitate concludere debet, *d. cap. in praesentia de probat. l. non hoc, C. unde cognat. Arcarran. consil. 5. num. 3.* Zabatel. *consil. 139. num. 17.* aliis relatis Valenz. *consil. 92. n. 216.* qui pluribus *num. 218.* probat hoc procedere in causa quantumvis favorabili, & pariter, *consil. 10. n. 92.* Quod amplius verificatur quando per negationem partis legitima, in dubium revocatur intentio agentis; nam tunc res quae apparebat clara, dubia efficitur, *l. si quis libertatem, C. quibus ad lib. proclam. licet. l. nemo, C. de acquir. possess. cum vulgaris.*

Secundum infero quod cessante probatione immunitatis loci, iudex nihil decernere potest, *l. 1. & ibi Gloss. Cod. de secund. tabul. Baldus, in l. falsus, colum. 7. vers. item dubitatur, in fin. C. de furtis, & per consequens iudex aliquem condemnans sine probationibus in dolo versatur, Baldus, in l. 1. colum. 8. C. de his quae poen. nom. Alexand. consil. 331. col. penult. vers. probatur etiam, lib. 2.* quia in quocumque iudicio requiritur plena probatio, *Gloss. in l. 1. vers. filium, Cod. quor. Bonor. Alexand. consil. 139. circa fin. l. 6.* ita ut neque per summum Pontificem fieri possit lex aut constitutio iubens aliquem condemnari absque debita probatione, cum sit contra jus naturale, & gentium, & eradicaret naturalem iustitiam; Alexander *consil. 2. colum. 1. vers. & est ratio lib. 2. Vantius*

de

de nullit. sent. ex defect. proces. num. 38. Salgado, de regia protecl. parte 2. cap. 1. num. 132. & sequent. in tantum quod nullitas proveniens ex defectu probationis ex actis resultans impedit executionem trium conformium, pluribus idem Salgado, part. 3. c. 9. num. 26. Cum enim in publicatione censurarum procedatur criminaliter, testes debent esse omni exceptione majores, Farin. g. 62. numero 22. Guazzin. defens. 33. c. 14. num. 5. plurib. Barbosa, in c. veniens 10. de testib. num. 6. Jus enim Canonicum requirit in teste quod sit non pecunia conductus, sed idoneus, fidelis, & jejunus, c. placuit. 1. de testib. & ibi Doctor. sicque valde perpendendum est per Judices Ecclesiasticos an idonei sint, an fideles an jejuni; ut plurimum enim per delinquentes, ebrios, mulierculas, & exemptos jurisdictionis hęc probantur: & si aliquando per illustriores, principales, attendenda pariter est dispositio, c. in omni negotio 4. de testib. ibi: in omni negotio principalis persona dicens verum de re sibi nota: non enim sufficit quod principalis sit, sed addit Pontifex, dicens verum, de re sibi nota. Nonne aliquando per evidentiam constitit testem, si nomen sub quo deposuerat attendendum esset, mortuum fuisse per annum & amplius? Nonne in aliquo facto per notorietatem apparebat aliter, ac per testes dicebatur evenisse; & sic superioribus Ecclesiasticis cognoscenda & temperanda relinquimus. Sufficiat tamen hęc adnotasse de prompta ex tot vitiis tum in Theologia tum in factis Canonibus peritis, ne contrarium sententi remaneat recursus dicendi aliter ab Ecclesiasticis affirmari.

rate relaxans, latorem excommunicat. ad expensas, & omne interesse condemnet, & alia puniat animadversione condigna, ut pena docentis discant. Judices quam grave sit excommunicationum sententias sine maturitate debita fulminare, d. c. sacro in fin. & ibi Barbof. num. 9. Didacus Perz in tit. 5. lib. 8. ordm. Farin. in fragm. lit. E, num. 42. Sayrus de censur. lib. 1. c. 13. num. 16. Monet. de distrib. part. 2. quass. 15. num. 45. Riccius, in prax. quotid. res. sol. 176. n. 1. & 2. Gibal. d. num. 4. Nec excusationem præstabit si dicatur quod hęc secundario eveniunt, & præter intentionem Judicis censuras fulminantis; nam in condemnatione ad penam gravissimam qualis excommunicatio est, absque debitis probationibus, & parte inaudita ratio hęc non procedit, cum judicem in dolo esse sit certum, ut superius remanet probatum; & hęc tractanti excusationem non præbet incepta illa ratio, non putaram, Cicero. i. de off. Plutare. in Iphicrat. Marth. Timpii part. 1. singular. 74. Jarof. d. Smit. in libell. de consil. prop. 6. Sed hęc ad nos non pertinent, & sic superioribus Ecclesiasticis cognoscenda & temperanda relinquimus. Sufficiat tamen hęc adnotasse de prompta ex tot vitiis tum in Theologia tum in factis Canonibus peritis, ne contrarium sententi remaneat recursus dicendi aliter ab Ecclesiasticis affirmari.



CONTROVERSIA VIII.

De Adultera necem viri procurante, & exequente an penam Parricidii incurrat, & an in atrocioribus minores & quinquaginta annis condemnari possit ad penam ordinariam.

SUMMARIUM.

- 1 Facti narratio.
- 2 Uxor mortem viri procurans penam parricidii tenetur.
- 3 Socii criminis parricida eadem pena puniri debent.
- 4 Cooperantes in crimine principales delinquentes sunt.
- 5 Minores viginti quinque annis mittis puniendi sunt.
- 6 Minores etiam in atrocissimis mittis puniendos, sunt qui teneant.

7 Contra

- 7 Contrarium esse verius probatur, præsertim in proximis, pubertati, & doli capacibus.
- 8 In delictis minoribus non subveniri docuit Vlpianus.
- 9 Qui in leges committit, frustra illarum præsidium invocat.
- 10 Minor in crimine adulterii non excusatur astate.
- 11 Impuberes ex malitia aliquando non subveniuntur pretextu ætatis.
- 12 L. ferè in Omnibus 108. ff. de regul. jur. expenditur.
- 13 Aetatis rationem habendam in penis non excludit condemnationem rigidam in atrocissimis.
- 14 Minores qui in canonem peccant excommunicandi sunt, licet facilius veniant absolvendis.
- 15 Canonica sanctiones pueros tantummodo excusant, rigorem juris mansuetudine temperando.
- 16 Dispensatio & indulgentia supponit incursum.
- 17 Pubertate completa qui atrociter delinquit, nullum privilegium in jure habet.
- 18 Minor post pubertatem completam juxta communiorem, & veriorum sententiam non subvenitur.
- 19 De Jure Hispano post decimum, & septimum annum minor condemnatur in penam ordinariam.
- 20 Lex Hispania præfixit tempus pena mitigande in minoribus.
- 21 Lex Hispania ante decimum septimum annum necessitatem imponit Judicibus mitigandi penas.
- 22 Post decimum septimum annum non imponit necessitatem condemnandi ad penam ordinariam, sed potestatem tribuit.
- 23 Jure recopilationis in delictis ordinariis ut furtum, & lenocinium, pena ordinaria post decimum septimum annum imponitur.
- 24 Observantia Aula quoad penas imponendas minoribus.
- 25 Decisio Aule in hac causa.
- 26 In Parricidii crimine omnes tenent reum doli capaces non excusari ob minorem aetatem.

MARIA Romero Adulterium commisit, consuetudinem illicitam cum Josepho Georgio Cortes fovendo per plures menses, quem ex patrimonio D. D. Laur. Matheu, de Re Crim. Pars I.

nio mariti luxuriosè aiebat, Elisabetha Gonzales confobrina, quam domi educabat, lenocinante. Maritus qui erat Emanuel Carrasco, podagra laborabat, & ne similem inordinatam consuetudinem compesceret, aut vindicaret, omnes tractatu habito deliberarunt cum de medio tollere: quod executioni perduxerunt, hora decima nocturna, die 15. Martii 1667. dum jam miser sopori in jugali thoro vacaret; præmeditatè Elisabetha, Maria mandante, Josephum & Barnabam Tobias introduxit, qui pugnione in corde immisso facillimè necarunt, & ipsi mulierculis ministrantibus, subuculam, & sindones sanguine madefactas sustulerunt, alias nitidas apponendo, vulnera subtilissimè filis conducerunt, vestigia sanguinis detergendo, quibus peractis aggressores auferunt, cadaver ipsum abque apparente violentæ mortis signo relinquendo. Post spatium duarum horarum, vel circiter Maria acclamare cepit maritum podagra oppressum obiisse, sed cum vicini, & familiares cadaver frigidum invenissent, & libidinofam vitam uxoris cognitam haberent, in suspitionem maleficii faciliter inciderunt, quæ fortior facta fuit, quando ipsa vicini non permittit stolam libitinam cadaveri induere, sed ad hoc Barnabam Chirurcum, unum ex aggefioribus vocari jussit. Confirmabatur eadem suspicio ex celeritate quæ repeliendum instabat, ex quibus rumor ortus fuit, ex rumore noticia ad me perducta & ex hac noticia inquisitio, detectio atque sceleris comprobatio. Sed hæc, tempore quo jam per Apparitorum Curie & Scribam, cadaveris inspectio facta erat, & relatio modo juridico perfecta, per Chirurcum & duos Barbitonfores affirmantes nil in cadavere inspecto, violentæ necis repertum, sed ex podagra mortuum fuisse juxta peritiam illorum, arbitantes. Ex hac immanitate, criminumque multiplicatione materiam mutuavi hujus & duarum controversiarum subsequenti.

Qua pena Maria & Elisabetha puniendæ essent dubitabatur in primis, & quoad Mariam adulteram, expilatricem, & parricidam, indubitarum videbatur teneri pena legis Pompeiæ de Parricidiis, quia Martianus in l. i. ff. eo. tit. dum parricidas enumerat, ait: uxorem virum, quod & confirmavit Justinianus, §. alia deinde lex instituit. de G. publ.